



**Praxis Beneficiarvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre  
Coloniae, 1610**

Regula cancellariæ 46. Innoc. octaui, de dispensationibus in gradibus  
prohibitibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](#)

haberet titulum Dom. & Franc. inc. cum qui, de prebend. in 6. & Nicol. Milius in verb. beneficium. q. 58. scripti in tract. de pacific. posse. num. 237. cum leg. & vide quæ scripti supra de missio. in possessione.

*Administrans ante confirmationem iuram iure priuatus.*

*Arestum.*

*Ante confirmationem electus non agn. posse. foris.*

*Animititur beneficium per coniugium.*

35 In Episcopatibus autem, & Abbatis iure priuatus est qui administret ante confirmationem, vel prouisionem à Papâ receptam, etiam si autoritate Regia. c. auraria, de elect. in o. alibi scripti.

36 Illa tamen dignitas non potest iterum conferri ante declarationem: vt censuit Senatus anno 1508. in mense Ianuario.

37 Imo electus ante confirmationem non potest se opponere, ne incidat in pœnam illius. c. auraria, nec impetrare literas latissime, aut manutentiae, quia non habet solidum ius ante confirmationem. d. c. auraria, & c. s. de elect. lib. 6. Alia multa scribit Gomez. quæ videre poteris, si tibi ista non sufficiant.

38 Adhac nostra voluntate beneficium amimititur per matrimonium: vt si beneficiarius ducat vxorem, cogitur relinquere beneficium. c. de cler. coniug. quia non bene conuenit psalterium cum cithara: & coniugatas cogitans quomodo placere valeat vxori, minus ea, quæ Dei sunt completere potest. cum quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem, ut ei à quo stipendum recipit, plenus famuletur. c. diversi fallacis. de cleric. coniug. vbi quoque dicitur, quia pertales coniugatos substantia rerum ecclesiasticarum solet deperi- re.

39 Insuper quia voluntatibus simul & carnalibus desideriis, ac diuinis & ecclesiasticis vacare non valcent. c. 3. cleric. coniug.

40 Siue contraxerit matrimonium, siue sponsalia. c. uno. de cler. coniug. lib. 6. vbi gloss. intellige sponsalia de præfenti, secus si contraxerit sponsalia de futuro. d. c. uno, & Austrer. in decis. Tholos. q. 239. Panor. & alij inc. 1. de cler. coniug.

41 A fortiori quoque si contraxerit matrimonium cum vidua, tunc enim ut bigamus omni quoq; priuilegio clericali priuatur. c. uno de Biganis. lib. 6.

42 Dedara in coniugato, cum non pol-

se obtinere beneficium, quamdiu vxorem habet: nam si matrimonium priuerit à adepto, multo fortius prohibet habendus: quia turpius cincit, &c. c. quemadmodum de iure. & multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. I. patre. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

43 Nisi uterque voverit castitatem perpetuam, & ingressus fuerit religionem, Coniugatus cum unica virgine beneficium habebit. Nam hoc casu videtur quo ad effectum solutum matrimonium: vi est habet sing. casus positus in c. 2. de cler. coniug. p. 8. ff.

44 Quinimò hoc modo poterit ordines recipere c. coniugatus. de coniug. coniugat. ca. Episcop. 77. d. iij. & sic est casus mirabilis, in quo habens vxorem potest ordines sacros sumere, & effici presbyter, ac beneficium obtinere.

45 Amittit etiam coniugatus beneficium, quamvis matrimonium sit nullum, utpote idvitum cum consanguinea, vel alia, cum qua prohibitus erat, cle. vna, de sponsa. Inol. in c. Ioannes. de cler. coniug. las. in Lvbi, col. pen. C. de transact.

46 Vixit quia super his matrimonii quandoque dispensatur, & quidem frequentissime: ideo adiungā hic Regul. cancell. super quæ dicam impedimenta matrimonij, & super quibus dispensatur, & à quo, & in quibus non possit dispensari. Præterea licet nō valeat collatio vel prouisio non publicata, tamen valebunt gesta interim facta per eum, qui iam resignauerit propter publicam utilitatē. I. Barbarus. vbi scripti. ff. de off. proto. l. qui tibi. c. de his qui a non do. ma.]

*Regula 46. Innoc. 8. de dispensationibus in gradibus prohibitis.*

Item voluit quod in literis dispensationum super aliquo gradu cōsanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula, si mulier apta non fuerit, & si sciēter, ponatur clausula addita in quinto.

Glossa

## Glossa I.

**A** Duertendum est, quod interdum super matrimonio requiritur dispensatio, aliquando non, si fiat secundum formam à iure præstitutam, non requiritur, si verò contra iuris prohibitionem, tuc requiritur dispensatio, quæ postulari debet interdum à Papa aliquando ab Imperatore, seu à Rege.

2 Tunc à Papa impetratur, quando prohibitio ab eo emanavit, & imminet peccatum, ut in gradibus consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, & alius prohibitis à iure canonico, ut in c. non debet, & per seum, de consanguinitate, & affinitate infra dicetur.

3 Aliquando facta est à iure civili prohibitus, ut propter aliquam causam honestatem: nubere cum pupilla. cum sua pupilla, vel adulta, nec filius eius, aut nepos. I. senatus consulto, & sequent. ff. de riunupiatur, & quæ personæ ab ista prohibitione comprehendantur, probatur in I. p. quis tutor, & I. non solum ibidem.

4 Ethoc ias civile ex causa prohibetur, videlicet ne pupilla vel adulta circumscribatur in re familiaris ab his, qui rationes eius gestæ tutela reddere compelluntur. I. libertas. ff. senatus consulto. ff. de riunupiatur. & ne matrimonio sic coacta fiant.

5 Et tunc solet Imperator, vel Rex in hoc Regno vel alius in suo superiori non recognoscens dispensare super hoc matrimonio contrahendo: vt I. si tutor. C. de interd. matrim. vbi sunt hæc verba, si tutor, vel curator pupillam, vel adultam quandam suam sibi, vel filio suo, nullo diuino imperato beneficio, in matrimonio collocauerit, manet infamia contra eum, veluti in confessum de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tege laborauit: vides ergo quomodo Imperator super hoc dispensat.

6 Et interdum audiui factam huiusmodi dispensationem à Rege cum nobilibus & duitibus in Francia, quia pauperes super hoc dispensari non petunt.

7 Idem si magistratus tempore sui officij velt nubere cum aliqua sibi subiecta, quia

ius hoc prohibet timore impressionis: id eoque solet hoc princeps permittere. I. vna. C. si quacunq; pre diuus potesta. quod hodie non seruatur.

8 Idem si velit mulier nubere ante annū luctus ratione infamiae vitanda, solet hoc impetrare ab Imperatore, vel Rege. I. si qua mulier. C. ad Teriu. I. vbi Bal. de secun. nupt. hoc tamen non solet impetrari in Francia, licet matrimonium contrahatur.

9 Idem si mulier velit impetrare nuptias ad retentionem prioris dignitatis, vt pote quia fuit nupta senatori, nunc vult inferiori nubere cù retentione dignitatis: hoc à principe impetrabit: quod ruram estramen. I. nuptiæ ff. de senator. prohibetur tamēne matrimonium contrahatur per rescriptum subreptitium principis: nec licet alii cui impetrare nuptias à principe sub deportationis pena, & alii positis in rubr. C. sinupiæ ex rescripto petantur.

10 Imo tantum est rapere puellam, quæ tunc Regis beneficio illam postulare. c. mul. lus. 36. q. 2. contra quosdam nobiles qui mulieres inuenire nesciunt, nisi eas principis literis, & præceptis impellant: haec tamen leges matrimonium prohibentes de iure canonico sunt correctæ. cap. pen. & vlt. de secundis nuptiis: quia matrimonia reguntur hodie iure poli, non iure fori. ca. Euphemiu. 2. q. 3. Federic. cons. 36. casu talis. Lucas de Penna in I. f. col. 4. C. de inc. lib. 10.

11 Poteft tamen princeps in iuramento & aliis, quæ ius diuinum non destruant, sed iuuent constitutionem super hoc edere, non ad annulandum matrimonium, sed vth honestius contrahatur, & sine coactione, & scandalo: quia constitutione transgressa & si honestate violata poterit iudex hunc transgressor multare, vel bonis priuare, quæ merè temporalia sint, & non subiecta ecclesiæ: quod si principis interuenierit dispensatio, non erit locus impositioni multæ.

12 Et sic videmus hodie etiā quo ad matrimonia seruari leges imponentes mulierem, aut bonorum priuationem, sed non illas quæ infamiam irrogant. c. ff. de secund. nupt. c. cum secundum leges de heret. li. 6. & peruenientur.

H h h

## Leges dis-

## ponentes

## super ma-

## trimoniis

## que ser-

## uenientur.

rum titul. C. de incest. nupt. nec seruantur leges illa quae matrimonium annullant, cum illud sit iuris diuinum, quae sunt notanda, quidquid dicant canonistae: quia principis est continere cives suos in honestate: cum præcepta iuris præcipua sint honeste vivere, alterum non habere, ius suum unicuique tribuere. l. instituta ff. de inst. & iur. Paris. conf. si considerata, in 4. vol.

## Super aliquo gradu.

## GLOSSA SECUNDA.

*Gradus quid sit.*

**G**radus in consanguinitate vel affinitate dicitur ad similitudinem scolarum graduum, vel aliorum locorum, ut sicut de uno gradu in gradum ascendimus, vel descendimus, ita & per gradus consanguinitatis de una persona in aliam. l. iuris consil. S. gradus. ff. de gradib. & est habitudo personarum, qua cognoscitur quota agnitionis vel cognationis distantia duarum inter se personarum differant. Ioa. Andr. in declara. arbo. consanguinitatis.

*Computatus secundum ius ciuile vel canonicum que attingatur.*

Aduertendum est, quod cum in statutis vel consuetudinibus sit mentio de gradu, ut tertio, vel quarto gradu, seu alio: tunc fieri computatio secundum ius ciuile, tum quia recta est computatio: tum quod statuta magis accedunt ad ius ciuile, secundum quid persona qualibet faciet gradum. S. h. insti de gradib. affinita. l. s. b. doct. C. de successor. edict. B. iii. conf. 224. an fratres. Alber. Brunn. in tract. de flat. excludent. femin. art. 12. q. 2. Bened. in repet. c. Raynuttus. in verb. & lexorem. num. 86. de testam. Prepos. in declara. arbor. consanguinit. nisi consuetudo vel statutum aliter disponeret. Bald. in l. vlt. in fin. C. de successor. edict. Dec. conf. 444. concurred col. 2. & conf. 563. domino in fin. vel esset in terris ecclesiæ: quia verisimile est, quod ad ius suum statutum referatur, id est ad ius canonicum.

Item fallit quando primum habitat fuisse mentio iuris canonici, vel ageretur de computatione gradus quo ad matrimonium. l. s. conf. 29. statutum. in 3. vol. quia praecedentia declarant sequentia. l. si serius plurimum. in fin. ff. de leg. & alia gradum doct. in declara. arbo. Consanguinitatis.

## Consanguinitatis.

## GLOSSA TERTIA.

**C**onsanguinitas est attinentia diuer. Confarum personarum ex eo proueniens, quod una descendit ab altera, vel am. quod ab eadem teste Ioan. Andr. in declara. arbor. consanguini. vbi plus addit, quod consanguinitas dicitur a cum & sanguine, quia communis sanguine descendunt: r. r. p. & alij declarant ibid. Notandum est, quod licet olim prohibitus vsque ad septimum gradum esset, quod quoque homines antiquitus vinebant diuitias, ut septimum eis gradum videre contingeret: hodie auge sciente malitia populi & diminuta deuotione, diminuta quoque est actas: & quia difficile est peruenire, & videre quartum gradum, quamobrem hodie usque ad eum quartum gradum inclusuè prohibetur in matrimonio quis contrahere cum consanguineo, vel consanguinea. capit. non debet, de consanguini. & affini. vbi alij assignantur: sed si unus sit in quinto gradu, & alius in secundo vel tertio, potest inter illos contrahi matrimonium sine dispensatione, per reg. Collateralium in linea in quali, quanto gradu distat remotorum à stipite, tanto distant inter se. d. canon. debet de consanguini. & in arb. consanguini. declaratur. Pet. Pet. conf. 52. dixi, in 4. vol. & conf. ibid.

## Vel affinitatis.

## GLOSSA QUARTA.

**A**finitas est personarum proximitas ex coitu proueniens inter copulatum & consanguineos copulatum, & inter copulatum, & consanguineos copulatum, t. s. l. s. vbi dantur descriptiones: r. ibi ipse scripsi. Et sicut in quarto consanguinitatis gradu prohibitum est matrimonium, ita in quarto affinitatis gradu: ut est notatum in arbore, consanguinitatis, & alia quæ dicuntur affinitatis in consanguinitate, & in taxa, & expedientia illius seruari solent in affinitate: nisi procedat affinitas exacta fornacario praecedente, quia tunc nulla est complicitio: quia

*In quod  
gradu affi-  
nitatis dis-  
positiva.*  
De primo  
gradu affi-  
nitatis dis-  
positiva.

quia datur litera clausa, & tantum taxatur quod ad expeditionem ac si aperta: & in primo gradu affinitatis datur dispensatio, quod remaneat matrimonium ob scandalum vitandum, saepe s. matrimonij: & ne super coitum credatur partibus ad separandum matrimonium: & quia hoc impedimentum est a iure canonico inuentum: ut doct. scribunt in declarata arbor. affinit. & Provinc. fol. 65. in not. super dispensa. marit. vers. item posse.

## Aut alias prohibitio.

## GLOSSA QUINTA.

*Matri-  
monio-  
nium.*  
*Error qua-  
do vnde  
marit-  
tum.*

**M**ultis modis prohibetur a iure matrimonium, qui his verbis continentur, Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus, disperitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibus, Hec socianda retinunt conubia, iuncte retrahantur.

Ioannes Andreas in tract. de sponsal. & marit. gl. in summa. 27. q. 1.

2. Hic duo exprimuntur gradus prohibiti, videlicet consanguinitatis & affinitatis: addit gl. tertiu, videlicet publicae honestatis, de qua infra.

3. Quartus est ratione erroris videlicet personae: vt si quis putet contrahere cum Catharina, & contrahat cum Berta, qui error personae vitiat matrimonium: quia non est consensus, ubi est error. 1. si per errorem ff. de iuris di. tunc omittum iudicium, & errantis nulla est voluntas. 1. cion testam- rum, & 1. non idcirco. C. de iuris & facti igno- ranzia.

4. Idem in errore conditionis, vt si contrahat cum serua, putans contrahere cum libera, & hi impedire matrimonium. Error vero qualitatis, vt pote quia putabat eam esse virginem, vel error fortunae, si putabat diuitem pueram: isti errores non impe- diunt matrimonium, quia non respectant substantiam matrimonii: alioqui omnia ferent irritarentur. c. i. in 29. q. 1.

5. Et super hoc impedimento non quan- ditur dispensatio, & habita non procedet, al-

tera parte inuita: sed partis errantis postea consensus interuenies matrimonium ratum facere potest: sicut dicitur de Iacob, qui volebat contrahere cum Rachel, & fecit ei data Lia, quae lippis erat oculis, tamen cu ea postea consensit: ut patet. Gen. 29. & seq. 6. Quinto conditio apposita in matrimonio: ut illa puerla contraherit ea lege, si pater voluerit: si pater nolit consentire, non vallet in matrimonio. c. super eo, de condit. appositis. Si tamen a conditione recessum fuerit valebit matrimonium, ut pote si pater permiserit, ut aliis illam filiam ducat. c. per tuas de conditionibus appositis.

7. Item si non valeant sponsalia, non te- neor sponsam accipere. c. de illis. de condit. impedi- appositis, & melius esset non contrahere, matrimo- niuum.

7. Item si non valeant sponsalia, non te- neor sponsam accipere. c. de illis. de condit. impedi- appositis, & melius esset non contrahere, matrimo- niuum.

7. Item si non valeant sponsalia, non te- neor sponsam accipere. c. de illis. de condit. impedi- appositis, & melius esset non contrahere, matrimo- niuum.

8. Si vero conditio fuerit contra substantiam matrimonii, vitiat contractum: secus si alias fuerit illicita, quia tunc habetur pro non apposita. c. i. & c. xl. de condit. appos. Hippolyt. conf. 286. & in hoc casu non video dispen- sationem exigi, vel raro.

9. Sexto votum solenne impedit ac diri- mit matrimonium, vi voti in profelione religiosi emissum, aut votum in suscipie- dis ordinibus sacris. c. vno. de voto, in 6. si vero fuerit simplex votum, vt regulariter est quodlibet alius, tunc impedit quidem ma- trimonium, sed non dirimit contractum. c. mening. ff. de iuris di. tunc omittum iudicium, & seq. ac per votum, qui cleric. vel

vouent.

10. Et super hoc voto etiam solenni potest Papa ex causa dispensare. c. veniens qui cler. vel vident. gl. in c. proposuit. de conceps. prob. & in c. cium ad monasterium. vbi Pan. & alij, de sha- tu monach. Aret. conf. 59. in facto. ideoq; potest ex magna causa dispicare cum monacho, vel sacerdote vt contrahat matrimonium:

vt docet Ioan. And. in reg. semel Deo, de reg. iuris in 6. & in Merc. refert multos huius sententiae Dei. conf. 112. in presenti. col. 2.

11. Aut si de facto quis iam post votum con-

traherit, absolutionem petere debet a trans-

gressione voti, & quod in matrimonio re-

Votum se-  
lenne im-  
pedit ma-  
trimoni-  
um.

Super voto  
Papa dis-  
pensat, &  
debetur  
cōpositio.

H h h 2

manere posse: verum super hoc, & cum  
votorum commutatione non solet Papa  
dispensare sine compositione, quae sit se-  
cundum personam qualitatem, & illius sub-  
stantiam, quandoque plus, quandoque vero  
minus.

*Cognatio  
carnis ma-  
trimoniū  
impedit.*

*Composi-  
tionem car-  
nis &  
iustitiae  
super  
his re-  
cipias.*

12. Septimo cognatio impedit matrimo-  
nium, & intellige cognatio carnalis, id est,  
consanguinitatis vel supra dictum fuit in gl. 3.  
vel de cognitione spirituali: ut inferius di-  
cetur. scribit Bucha. in suo decreto. lib. 7. c. 22. si  
quis neptem suam in coniugium duxerit,  
anathema sit: & si quis de propria cognatione,  
vel quam cognatus habuerit coniu-  
giuum duxerit, anathema sit.

13. Sed miratur Staphil. in tractat. de literis  
carnis & iustitiae, quomodo Papa recipiat  
Papa super pro ista dispensatione compositionem: nam  
aut est iusta causa dispensandi, & tunc di-  
spensare debet, iuxta no. in ca. bone. 2. de pa-  
fala. p. 1. a. & in l. 1. §. permititur. de aqua quo-  
tid. & iusta, & iusta causa est dispensandi  
in gradibus prohibitibus etiam a iure diuino  
videlicet ob bonum pacis, & quietis inter  
principes, & homines sibi subditos. cap. 2. de  
desponsatione in pub. si vero non est causa di-  
spensionem abuicere debet.

14. Sed desinet et mirari, si consideret quam  
multi dispensationes huiusmodi impetrar-  
ent, si gratus concederentur, qui saltum  
in penitentiis timore deterriti non audet,  
& semper infestarent aires Pontificis, pe-  
tendo secum dispensari: dareturque ma-  
teria delinquendi, contra. L. conuenire ff. de pa-  
eth. donat.

15. Sicut dicimus de statuto, quod si im-  
ponit penam pro homicidio pecuniarum  
paruam, non valet, qui daret materiam  
delinquendi, secus si magnam: allegatur.  
tex. not. in §. pena de iniur. in infit. quem not.  
Albert. in tractat. leuatorum. in 2. parte. q. 122. &  
Ludovic. Roma. sing. 706. & Roch. in Curt. in ca-  
fin. c. 1. 21. de consueta. & Hippol. in l. 1. nu. 19. ff. de  
fatu. ideo necesse est, ut malitia hominum  
comprimatur, & ut compositione solvatur.

*Clausula* 16. Et quando Papa dispensat, sic in nar-  
ratis dispensationibus dicere solet Iulius, &c. &c. si inter  
sationibus illos, qui consanguinitatis, aut alii natus  
ponenda. nexus iunguntur, instituta sacrorum cano-

num matrimoniale copulam interdicat  
summus tamē Pontifex ex potestatis plen-  
titudine, quam nō ab homine obtineret, sed  
a Deo per sonarum & temporum qualita-  
te penitentia utiliora inspiciens, non nunquā  
iuris rigorem, maximē circa sublimes per-  
sonas, ex regali prosapia descendentes  
mansuetudine comparat.

17. Et quod negat iuris severitas, beni-  
gnitas dispensationis indulget. Sanē, &c.  
postea narrat factum & demum dispen-  
sat, nec non obstantia tollit: hæc est huius  
dispensationis summa: ut superius scriptum  
tract. de dispensat.

18. Secundo cognatio spiritualis impe-  
dit matrimonium, ac dirimit contractum  
c. 1. & per totum zo. q. r. & in ritual. de cognat. spir-  
ituali, nisi necessitatis causa baptizaverit. c.  
ad l. m. 1. zo. q. r. & ista contrahitur per ba-  
ptismum, & confirmationem. c. 1. & h. de co-  
gnatio spiritualis in 6.

19. Omnes etiam quos in poenitentia ac-  
cipimus, ita filii nostri sunt, ut baptisimata  
suscepit. c. omnes. zo. q. r. & ideo deponatur  
presbyter, & duodecim annis poenitentia,  
qui cognovit illam, quam in confessione  
audiuit. c. fin. ibid. Cognitionis huius spir-  
itualis viginti sunt personæ prohibiteæ quas  
scribit Pan. in c. Martinus, de cognat. spiritual. ta.  
in baptismo, quam in confirmatione.

20. Prohibetur ergo primo matrimonium  
inter baptizatum, & baptizantem, inter  
baptizatum, & filios baptizantis, inter ba-  
ptizatum & vxorem baptizantis prius co-  
gnitam, inter baptizantem & parentes ba-  
ptizati, inter parentes baptizati, & vxore  
baptizantis prius cognitam, inter leuatum  
& leuantem, inter leuatorum & filios leuan-  
tis, inter leuatorum & vxorem leuatatis prius  
cognitam, inter parentes leuati, & vxore  
leuantis prius cognitam, inter leuatorum &  
parentes leuantis.

21. Et totidē sunt personæ in confirma-  
tione, super quibus difficulter Papaæ dispe-  
sat: & solet esse taxatio sicut in consanguini-  
nitate: non vero solet fieri compositio in  
hac cognitione, secundum quosdam.

22. Tamē super cognitione spirituali ad Super ce-  
contrahendum non facile dispusat. Papa gratia  
sed

*spirituali  
quando Pa-  
pa dispen-  
sa.* sed super contracto sic, licet possit in his omnibus dispensare, veluti quia sunt iuri positivi. Ad matrimonium igitur etiam contrahendum dispensare poterit, siue siue paternitas siue fraternitas, aut copaternalitas: *ut tradit Pan. in rubr. de cogn. spirituali.*

23 Verum inter leuantes nulla contrahitur cognatio. *ca. si. de cogn. spirituali. lib. 6.* ideo non opus est aliqua dispensatione, aut declaratione.

*Cognatio  
non contra-  
hatur quā-  
dus dō-  
mi.* 24 Idem si puer in domo fuerit baptizatus sine solennitate, & postea ad ecclesiam delatus, ybi solennitas baptismi fuit obseruata: & ibi aliqui tenuerunt puerū, ut nulla contracta sit copaternalitas, quia non est ibi baptisimus, sed solennitas baptismi, ex quo non contrahitur cognatio spiritualis, & data fuit declaratio in plumbo, *re re-  
fatur Provinc. fol. 28.* ergo ipse etiam aliam vidi declarationem, quam obtinuit quidam ex conf. Do. Philip. Probi doct. e regis.

25 In cognatione vero legali, ut si per adoptionem soror mihi esse cœperit, quandiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiae confitere non possunt. *c. pro de cogn. lega-  
li.* Et super hac non vidi impetrari dispensationes: quia pater potest illam dissoluere emancipando, ideo non est opus dispensatione.

*Incessus  
prohibet  
matrimo-  
nium &  
nuptias.* 26 Octauo incestus impedit matrimonium sine dispensatione, sed non dirimit iam contractum. *cap. transmiss. de eo qui co-  
gruit consang. vxor. sue.* Et an Episcopus quis super possit dispensare scribit Panor. in ca. n. b. id est. non posse, quando vere commissum est crimen incestus, id est cum propriis consanguineis, vel affinis, nisi ratione iuuentutis. *c. si duo. inf. 35. q. 6.* Secus si crimen esset commissum cum consanguinea sponsa: & sic non esset vere crimen incestus. *c. 2. ill. iii.*

27 Notandum est etiam alia duo esse im-

pedimenta, quibus impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractum: primus est, si alter coniugum vir aut vxor machinatus fuerit in mortem alterius cum effe-

tio, adeo quod mors secuta fuerit, & tunc

iste nunquam poterit cum adultera con-

trahere, nec in contracto matrimonio re-

manere. *cap. 1. C' per iotum. de eo qui duxit in*

*matrimonio. quam polluit per adulter. c. 1. de diuor-  
c. si quis viuenie. 31. q. 1.*

28 Idem dicendum est & multo fortius,

si terque in mortem machinatus est cum

effectu. *doct. in c. super hoc. de eo qui duxit in*

*matrimonio.*

29 Limitatur in conscientia, quādo ma-

*trrimonium est, contractum, & negotium*

*penitus est occultum: tunc Papa dispen-  
sat ut remanere possit eum adultera ad vi-*

*tandum scandalum ob dissolutionem ma-  
trrimonij. cap. quia circa de consanguinitate*

*& taxa sigilli diminuit in foro consci-  
entiae & bulla clausa mitti solet: quod secus*

*est in aliis bullis, quae non conceduntur in*

*foro conscientiae.*

30 Secundum impedimentum est, si vi-

*ente primo coniuge alter dederit fidem*

*de matrimonio cum altero contrahendo*

*morte suo coniuge, & eam post promis-*

*tionem cognoverit: tunc illa fides data cu-*

*coitu sequente impedit matrimonium*

*contrahendu, ac dirimit iam contractum.*

*cap. relatum. & o seq. 31. q. 1. c. 1. & fin. de eo qui*

*duxit in marit.*

31 Solet tamen Papa cum his dispensare,

*duramodo neuter eorum in mortem alte-*

*rius mortui machinatus fuerit: & dabitur*

*legitimatio prolis suscepta post obitum*

*alterius. & exinde suscipienda.*

32 Tertium est, quod impedit, sed non dispen-

*sa.* dirimit, ut si quis de facto duxit, quam pol-

*luit per adulterium, & ex qua suscepit li-*

*llio qui*

*beros, vxore sua prima viuenie dispensa-*

*bitur (ea prima mortua) cu*

*eis: vt ipsi prius aliquam*

*ad tempus separati dum neuter istorum*

*in eius mortem machinatus fuerit) pos-*

*sint matrimonium inter se contrahere de*

*novo: & de expresso venit quando legitim-*

*matur proles cœpta, & suscepta post ob-*

*itum primæ vxoris. d. c. 1. b. d. off.*

33 Idem si quis interficerit vxorem, sine interfe-

*cie enim coniugi absque dispensatione uxorem si*

*remanebit. cap. interfeccores 33. q. 2. & in cas-  
ne spe con-*

*bus positis in cap. hoc ipsum. §. de penitentibus. iugis rema-*

*nebit.*

34 Nonò cultus disparitas. Christianus Iudeus cu-

*enim cum Iudea, vel Sarracena contrahe-*

*Christianas*

*re prohibetur. ca. caue. 28. q. 1. & in hoc casu nō contra-*

*re.*

*trahimā-* non solet Papa dispensare, nisi infidelis ad  
*trahimā-* Christianissimum peruerterit: vi nov. doct. m.  
c. de conuers. infidel.

35 Decimōvis compulsiua impedit matrimonium, quia vbi est vis, non est conserfus. c. cum locum, de sponsal. & matrimonio debet esse libera. c. gemma. cod. ob id etiā

metus qui potest cadere in cōstantem virum impedit matrimonium. ca. veniens. 2. de

sponsal. gloss. in cap. Abbas. de his que vimetius e

can. sum. laj. in l. Titia. f. de verb. obl. c. de illis.

2. & c. ex literis de sponsal. in pub.

36 Nec super hoc in matrimonio solet Papa dispensare, quippe substantia deest, vi-

delicet conserfus. ca. sufficiat. 27. 9. 2. super

qua substantia Papa non dispensat. doct. in

ca. cion ad monasterium, de statu monach. Ang.

de Clauas. in sunna. Angel. in verb. matrimo-

nium. 3. in ultimo impedimento, vbi dicit Papā

non posse dispensare in his impedimentis,

qua remouet consensum, vt conditionis,

erroris personae, impedimentum metus &

priuationis sensus, vbi in furioso.

37 Sed si hic coactus postea consenserit

carnali copule, matrimonium ratificatio-

ne conualecit. cap. in super, qui matrimon.

accus. possunt, nec hoc calu egemus dispen-

satione, sed consensus postea superuenies

conualitas matrimonium: vt p̄e dixi, &

doct. in l. interpositas. C. de transact. Perr. Paris.

cons. quinquaginta mortis, quamvis, in 4. vol.

Ordo sacer 38 Undecimōordo sacer impedit & di-

rimit matrimonium, per cap. secundum, qui

cleric. vel vovent. minor vero ordo non, &

ibi, & cap. qui vero & cap. seruatum. 32. difin.

sed si presbyter de facto contraxerit: dis-

penstat interdum Papa, cum Regibus, &

illustribus, vt vxorem retineant, & in ma-

trimonio de facto contracto remaneant:

vel si ageretur de pace publica Regni, vel

ex separatione graue scandalum imminin-

ret, ca. qua circa. in si. de consanguin. vel quan-

do longo tempore in eo matrimonio per-

seueratum fuerit, & inde suscepta proles.

ca. de gradibus. 35. q. 8. c. non debes de consanguin.

Roma. cons. 307. in casu.

Papa quā- 39 Dispensat etiam in foro conscientiae,

do dispen- quando, receptio ordinis fuerit occulta,

fecū pro, cum limitatione tamen, quod si ille pres-

byter vxori sua superuixerit, perpetuō si-  
ne spe coniugij se continueat, & quod offi-  
cium beatæ virginis Mariæ saltem diebus nūm  
dominicis, & festis per modum satisfa-  
trahant, quo ad vixerit recitare teneatur, &  
ita de facto vidi cum quodam fuisse dis-  
pensatum.

40 Duodecimō ligamen, nam ligatus Infamis &  
cum prima non potest cum secunda con-  
trahere: quia non potest quis duas vxores, habet du-

vel sponsas habere, nec quidem praetextu concubinū, & de nupt. imo duas habens sponsas, aut uxores, ad

vel uxorem cum concubina, efficitur infamis. l. enī qui. C. ad legē Iulian. de adul-

ter. l. in f. f. de his quino. infam. §. si vero effusa,

in auct. quib. mod. natural. efficiunt sui. Rau. ve

Alpha. in verb. concubina.

41 Et aliquando vidi oppositum contra-  
quendam mercatorem habentem vxore

cum concubina, & hoc factum admisum

ad reprobationem illius adducti in testi-

monium, c. nuper. de biga.

42 Imo si quis contraxerit sponsalia per  
verba de presenti: vt est solium fieri in u-  
risdictione Senatus Tholofani, & in pro-  
uincia, & postea contrahat matrimonium  
etiam in facie sanctæ matris ecclesie cum  
altera, quam cognoscat, tamen primæ ad-  
hærtere tenetur. c. si in ei. de sponsal. c. i. & per

rotum. de sponsa duorum.

43 Item si quis in longinquis partibus Disponit  
existens audierit vxorem suam mortuā, quando  
& sic probabiliter credens alteri nupferit, possumus  
dabitur eidem dispensatio, quod cum se- co quatuor  
cunda remanere posse cum absoluzione capa facta  
ab adulterij & incestus reatibus, & quod damnum  
credulitate huiusmodi durante exactus rem p̄p.  
debitum coniugale reddat, non autem quās  
exigat, prouiso tamen quod si primam ad diffaci-  
eum redire contigerit, amplexibus eidem manu  
refectis primā adhærere teneatur. cap. in tuan-  
nuptiis.

44 Siverō maritus vel vxor fuerit cer- Audita  
tior factus per nuncium speciale ad hoc morte am-  
misum de morte alterius, tunc non solēm iugis quā  
dabitur, quod in matrimonio contractu do alteri  
remanere valeat, verūmetiam si nondum trahere  
contra posse.

**contractum** fit, quod contrahere posse: & si per viam declarationis, seu dispensationis ad cautelam, vel per modum licentiae, vel permissionis, & cum absolutione adulterii: *vide rex. in authen. bodie. C. derepud. vbi Bald. & alij tractant.*

**45.** Decimo tertio honestas, que vocatur nullitas publica honestatis: quia in conuentibus, non solum quid liceat considerandum est, sed & quod honestum sit. *L. semper. ff. de riunipi. vnde dicit. tex. in ca. si quis vxorem desponsauerit, vel eam subarrauerit, quamquam postmodum, praeueniente die mortis eius nequuerit eam ducere in uxorem: tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam coniugio: quod si inventum fuerit factum, separatur omnino.* 27. q. 2. & c. sponsam, de sponsal. c. accessit, & c. duo, de desponsa. impube.

**46.** Etiam si sponsalia sunt nulla, ut potest contracta inter consanguineos. *d. ca. ad audiencem, de sponsal.* Secus si est nullula ex defectu consensus. c. vno. de desponsa. impube. m. 5. Et super hoc dispensat Papa etiam in secundo gradu: & bonum esset Episcopos super hoc tam leui impedimento posse dispensare: *imò, vt dicunt, doct. in c. non debet. de consanguin.* bonum esset si tolleretur hoc impedimentum.

**47.** Ego tamen putarem non esse tollendum: quia honesta seruanda sunt & non tollenda. Maximum enim est iuris praeciput, honeste vivere. *6. iuris autem praecipita de inflit. & iure. in inflit. & l. iustitia. ff. illo. & maius est honestatem seruare.*

**48.** Decimoquarto affinitas impedit matrimonium: *vt declarauit superius in verbo, Affinitas.*

**49.** Decimoquinto si vir non possit coire ratione frigiditatis naturalis, vel accidentalis, quia est castratus, aut ex debilitate, vel siccitatem membra, vel quia non potest emittere semen: tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere si sit arcta (quod rarum est) impeditur matrimonium, & dimittitur iam contractum. *ca. 3. cap. laudabilem, & e. fraternitatis. & per iustum, de frigid. & maleficiat. & Host. in §. fin. in summa illius titu.*

**50.** Et in his nulla postulatur aut datur

dispensatio potest tamen remanere mulier tanquam socia, si velit, vty idi apud Catharicos. c. consultationis, de frigidis, vbi qui scit impedimentum, & contrahit, non potest deinde conqueri.

**51.** Si tamen frigiditas superuenierit post consummatum matrimonium, non dirimet ipsum: *venot. inc. fraternitatis, & ibidem, & in c. i. & per iustum. trigesimateria questione prima:* quia nihil aut tam humanum est, quam ut fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse. *L. si cum donem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio.*

**52.** Et casus in quibus sponsalia de futuro soluuntur, tradit gloss. *in c. si quippe. 27. q. 2. scribens hos versus. & in ca. quemadmodum, de iure iuri.*

**53.** Lepra superueniens furor, ordo, sanguis, & absens,

*Lesaque virginitas, membra, dannum, minor etas.*

*Heresis ac lapsus fidei que remissio prossis, Sponsos dissociant, & vota futura retractant.*

**54.** Sunt & alia impedimenta, videlicet *Clandestinum generale, quo prohibetur alicui, ne numinaciam matrimonium contrahat: & clandestinum dicitur matrimonio, in tribus modo prohibitis: Primò quando testes non adsunt cap. & quando quod nobis de clandest. de sponsa. Secundo quando non sit cum solemnitate requisita, c. ali- clandes- ter. 30. q. 1. Tertio quando præternissis publicationibus (quas bannatio vocat) celebra- tur, c. cum inhibitu de clandest. de sponsa. & super duobus ultimis episcopos dispensat. doct. in d. c. cum inhibitu.*

**55.** Aliud speciale dicitur impedimentum, quod est vel à iure, vel ab homine: à iure, ut prohibito tempore prohibetur tempore quadragesimæ, non debet: & alio tempore prohibito contrahi matrimonium. *ca. capellanus. defer. cap. non operiet, 27. q. 4. quod est intelligendum, ut coniuia & solennitates nuptiarum fieri prohibe- tur, sed non sponsalia etiam de presenti. gl. & doct. in d. c. capellanus.*

**56.** Ab homine interdum fertur impedimentum: *vt si iudex prohibeat ob aliquam causam, ne pars contrahat, antequam de matrimoniis fuerit cognitum: si iudex ille habebat causam non*

*et contra-  
hendum.*  
bat causæ cognitionem matrimonij, &  
tunc si causa sit perpetua, propter quam  
interdicitur, & eo casu peccat, qui contra  
talem prohibitionem contrahit: & separa-  
bitur in matrimonium data sententia diuor-  
tij, & probato impedimento coram iudice  
ecclesiastico. *c. vii. de matrim. contra inuer-  
eccl. contract.*

*Episcopus  
et posuit  
super ma-  
trimonio  
dispensare.*  
*57* Si vero impedimentum erat tempo-  
raria, tenebit matrimonium: sed in po-  
niam debet iste contrahens ad tempus sepa-  
rari. *c. i. § 2. de matrim. contra interd. eccl.*  
Angel. Clauſ. in ſua ſumma, in verb. matri-  
monium. *3. vers. i. impedimentum primum, & seq.*

*58* Vbi dicit quod regulariter non potest  
episcopus dispensare in impedimentis ma-  
trimonij, ne contrahatur, nec contra con-  
cilia, sed in criminibus impedientibus ma-  
trimonium ſolum contrahendum poterit  
episcopus dispensare: vbi eundem Angel. in  
verb. dispensatio. *§. 5. & per doct. in c. at fi. cleric. §. de adulterio, de iudic.*

*Ponatur clausula si mulier rappa-  
non fuerit.*

#### G L O S S A S E X T A .

*Non di-  
pensatur  
cummu-  
liverapta.*  
**E**T sic Papa quoties dispensat super  
ſanguinitate, vel affinitate, ſolet adiu-  
cere hanc clauſulam, diuimodo rappa-  
non fuerit: quia ſuper hoc non intendit di-  
pensare, etiam ſi expreſſim petetur di-  
pensatio: nam de iure ciuii raptor non  
potest contrahere matrimonium cum ra-  
pta, quinimò furca ſuspendendus eſt. *l. v-*  
*na. C. de raptor. virg. sex. in authentic. de rapis*  
*muliſib. coll. 9.* Secus eſt de iure cano-  
nico, cui ſtatur per text. in caput penult. &  
ſi de raptor. text. in caput tua. & caput denique. *36.*  
*que. ff. 2.* requiriuit tamen hoc caſu volun-  
tas parentum, ſecundum Barba. confil. *vlii. in f. in 2. vol.* quod impræſentarium non  
defutio, ſed dum operæ pretium fuerit:  
& ſcripsi. in l. Marcellus. ff. de verbis. ſignific. po-  
test tamen Papa, ſi velit, non obſtant  
hac regula dispensare, ſed non  
ſolet, quia res mali eſt  
exempli.

*Et ſi ſcienter ponatur clauſula ad-  
dita in quinto.*

#### G L O S S A S E P T I M A .

**V**lt dicere, quod ſi raptor ſcienter  
contraherit cum rapta: & petatur di-  
pensatio à Papa, tunc apponetur  
clauſula in quinto appoſita, vt ſepar-  
etur ratione delicti pro tempore, quo uſq;  
ad arbitrium commiſſarij congruum ege-  
rint poenitentiam. *c. ex literis, de eo qui cogn.*  
*consangu. vexoris. & poftea diſpenſetur cum*  
*illis: & facta diſpenſatione omnes poenae*  
*legales caſſabunt: ut videatur innuere glo. inc.*  
*de pueris. 36. q. 2.*

*2* Ultimo figendum eſt menti, quod in Taxa  
hiſ matrimonij contrahendis erant olim *rie Rom.*  
Romæ diuersæ taxæ: nam ſi agebatur de neſu  
contrahendo in quarto consanguinitatis, marri-  
wel quarto affinitatis gradibus, taxa eſt *nisi 15.*  
ad 14. Iul. & 28. carl. & pro bullis expedi-  
tione dabantur regulariter. *34. carl.*

*3* Si vero ignoranter contractum fue-  
rat, & ſcienter consummatum in quartuſ gradu,  
taxa eſt ad 9. car. & 22. Iul. & com-  
poſitio ſolebat eſſe ad ducatos. 10. vel 12.  
Sed in tertio gradu compoſitio ad 25. por-  
rigebatur.

*4* Idem quando eraſt ſcienter contractuſ,  
& consummatum: eo enim caſum cum  
Datario compoſitum erat ad 10. du-  
catoſ, & hoc temper in 4 gradu. De ma-  
trimonio etiam ſcienter contraſto, ſed  
non consummato non eſt compoſitio, ſed  
addūt quatuor carleni pro abſolutione.  
*5* Sed ſi agebatur de tertio gradu, ſic ſci-  
enter matrimonio contractu eſſet, vel  
alijs: aut ſi agebatur de illo contrahendo,  
ſempre taxa augebatur de carl. 2. faltem  
plusquam in quarto. Et plus taxatur quā-  
do ſcienter contraſto eſt quā ſi ignoranter:  
consanguinitatis & affinitatis ſimil. quām  
ſi de altero tantum: quia duo vincula ſunt  
fortiora. *c. a. de trengia. & pace.*

*6* Si autē peratur diſpenſatio ſuper ma-  
trimonio ignoranter contraſto, & coſum: *Compoſitio*  
mato in foro conſcientiae: tunc non datur *non datum*  
compo- *pro diffe-*

*lione in  
mo con-  
ficiuntur.*  
compositio , cum occultum est impedimen-  
tum. At solet impedimentum limita-  
ri, quatenus consanguinitas, vel affinitas  
penitus occulta existat, & cum claus. in fo-  
ro conscientiae tantum, ut nullis super his  
testibus adhibitis, aut literis datis, siue pro-  
cessibus factis, seu presentibus.

7 Et in his duobus gradibus videlicet  
quarto, & tertio solet facilissime Papa dis-  
penfare cum predictis compositionibus:  
verum quo ad sequentes gradus est ad-  
vertendum.

*In secundo*  
*gradu an-*  
*papadi-*  
*profer.*  
8 In secundo autem gradu Papa non so-  
let dispensare inter ascendentes & descé-  
dentes, sed in collateralibus dispensat in  
linea æquali, non autem in linea inæquali,  
ut videlicet quod pater posset ducere  
neptem in vxorem: sunt enim isti in 2. gra-  
du in linea inæquali.

9 Sed cum filii duorum fratrum poter-  
it dispensare, licet sint in 2. gradu, & in li-  
nea æquali. *gloſſ. & Pan. in c. propoſit. de con-  
cess. prebēn. & in ca. literas, in verb. diuina, de re-  
ſtitu. ſpoliat. & Anch. conf. 373. renocatur. cap. de  
infidelibus. de conſanguinita.* Et quia paterius  
& neptis sunt de iure diuino prohibiti, nō  
filii duorum fratrum, sed de iure canoni-  
co tantum: & quia non reperitur haec tenus  
cum patruo & nepte dispensatum, ideoq;  
prohibitum censetur. *capit. inter corporalia,  
de transla. Episcop. hoc expreſſe trahas. Ant. de  
Roſellis in ſuo tractat. de potefat. Imperia. verſe.  
Sed in hoc etiā notandum. fol. 82. col. 4. tamen in  
Regno Franciæ inuenit dispensatum Ioa.  
Brunel. in tractat. de ſponſalib. 24. conclus. vii af-  
ſcrit.*

10 Etiā inter ascendentes & descéden-  
tes Papa non dispensat: nam ascendentes  
sunt descendantibus loco parentum. §. er-  
go denupt. in infi. & quandiu eft notitia pa-  
rentelæ coniungi non debent. c. progeniem,  
tum seq. 36. q. 3. *Pripos. in c. non debet. de conſan-  
guinita. & pluribus hoc probat idem Ioa. Brunel.  
in tractat. de ſponſalib. in 22. conclus.*

11 Limita nif in foro conscientiae, quia  
ſolēt absoluere eos, qui ſic occulte pecca-  
uerunt, videlicet in actu fornicario, & in  
matrimonio ad uitandum scandalum, ſi  
ſepararentur.

12 At in primo gradu nunquam dispen-  
ſatur, niſi in foro conscientiae, & in matri-  
moniis iam contractis: prohibetur enim  
hoc & lege naturali, & diuina. nam dici-  
tur, *Propter hoc relinquet homo patrem & ma-  
ternem, & ſic relinquendus eft pater, & ma-  
ter, vt non cum illo contrahatur.*

13 Sunt etiam duodecim personæ diuina Papa non  
lege numeratae, cum quibus non dispen- dispensat  
ſat Papa, qua conſerbiuntur Deuter. c. 27. & c. 12. per-  
Leuitic. 20. personæ vero sunt hæc: pater, & ſonis diu-  
mater, filius, ſoror, neptis, ainita materte- na lege  
ra, vxor patrui, & vxor fratri, nurus, ſo- prohibitus.  
crus, vxor patris. *glo. in cap. literas, de reſtitu.*  
*ſpoliat. & in c. gaudemus. de diuort.*

14 Tamen de uxore fratri mortui repe-  
ritur dispensatum cum Rege Anglo. Con-  
ſuluit Aegid. Bellanera, confi. 28. & Paris. conf.  
68. in 4. vol. & Mantua. conf. 12. que ſunt con-  
traria conſilia veruntamen ego crederem  
Papam dispensare poſſe ex cauſa ſuper  
hoc, & diſpensationem ad hoc factam va-  
lere. Et in Euangeliō prohibebatur adul-  
terium & incestus uxoris fratri viventiſ.

15 Sed cum apud Bituriges fuitem vo-  
catus in conſilium harum rerum, & qui-  
dam Theologus me preſentatſet, quid mihi  
videretur: cum ſententiam deprompsif-  
sem, non fuī poſte a vocatus: quia non ob-  
ſeruabam eloctrinam Specula. in tit. de ad-  
vocato, quando interrogaberis tace, & eris  
in conſilio: ſed qui quærebant conſilia, nō  
veritatis quærebant ſententiam, ſed adu-  
lationis: ex quibus multa mala fuerunt  
exorta, ne plura.

#### *De reſcriptis miſtaſ.*

I Nſuper alia ſunt quædam reſcripta, Monach. *Monach.*  
que miſta vocari ſolent à quibusdā: *¶ Papa fa-*  
ſed ego communia, dicere, quia com- *cultias te-*  
muniter impetrantur & à Papa, & à prin- *ſtandi con-*  
cipibus ſecularibus, & quædam habent co- *ceditur.*  
munia: rt docet Imperator in tit. communia p-  
triuq; iudicij, de legatis, de ſucceſſo. & alia: nē-  
pe religiosus teſtari non poeteſt. ca. 2. de teſta.  
quia ingressus monaſterium dedicat ſe &  
ſua omnia Deo: igitur nil habet, de quo teſ-  
tetur. authen. ingressi C. de ſacrosanct. ecclſ.  
& quia bona qualita ex ecclſis, dicuntur